



# Theses inaugurales argumenti obstetricii

<https://hdl.handle.net/1874/291532>

THESES INAUGURALES  
ARGUMENTI OBSTETRICII.

THESE INVENTIONS

AND DISCOVERIES

6

THESES INAUGURALES  
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IACOBI ISAACI DOEDES,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

GEORGIUS PHILIPPUS ERICIUS WEDEKIND,

MED. DOCTOR,

e pago Voorst.

A. D. XXI M. IUNII, A. MDCCCLXIV, HORA XI ANTE MERIDIEM.



---

Traiecti ad Rhenum,  
APUD J. DE KRUYFF.  
MDCCCLXIV.

ARGUMENTI ORSTRIACH

JACOBI ISAACI BOEDEE

PROFESSORIS THEORIE ARITHMETICAE

TYPIS MANDAVERUNT L. R. BOSCH ET FILII.



# THESES.



## I.

In eclampsia parturientium chloroformylum optimum  
remedium.

## II.

Iterata forcipis applicatio, quam SCANZONI suadet,  
reprobanda.



## III.

In placenta praevia injectiones aquae frigidae vaginae obturationi praeferendae sunt.

## IV.

Chloroformyli inhalationes durante partu adhibitae foetui nocivae non sunt.

## V.

Haematocele periuterina non ita raro partus sequela est.

## VI.

Balnea tepida uteri durante partu contractiones promovent.

## VII.

Partus in eclampsia vi provocari non debet.

## VIII.

Rhachitica pelvis coarctatio meliorem admittit prognosin quam aliae coarctationes.

## IX.

Usus secalis cornuti foetui longe minus nocet, quam multi credunt.

## X.

False contendunt conjugatam, quae pollices duos et dimidium aut ultra metitur perforationem indicare, sectionem caesaream contra, si minor est.

## XI.

Effectus secalis, tanquam remedii haemostatici, in metrorrhagiis, certissimus est, quando clysmatis forma adhibetur.

## XII.

Methodus partus praemature provocandi, quam KIRWISCH suasit, neque matri neque foetui ita nocet, ut multi perhibent.

## XIII.

Usus repositorii funiculi prolapsi a cl. BRAUN commendati parvus est.



## XIV.

Placentae remotio continuo post partum nequaquam nocet.

## XV.

Scarificationes ostii uteri durante partu nequaquam innocuae habendae, ideoque dissuadendae sunt.

---